Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



celi et cum potestate magna et
maiestate. Et mittet angelos su
os cum tuba et voce magna. Et
congregabunt electos eius ab
quatuor ventibus celi. a summis ce
lorum usque ad terminos eorum. Ab
arbore autem fici discite parabolam.
Cum iam ramus eius tener fuerit
et folia nata fuerint scitis quia prope est
estas. Ita et vos cum videritis hec
omnia scitote quia prope est in
ianuis. Amen dico vobis quia non
preteribit generatio hec donec om
nia hec fiant. Celum et terra tran
sibunt verba autem mea non
transibunt. De die autem illa
et hora nemo scit neque angeli ce
lorum nisi solus pater. Sicut
autem fuit in diebus noe ita erit
et adventus filii hominis. Sicut
enim erant in diebus noe ante di
luvium comedentes et bibentes.
nubentes et nuptum tradentes
usque ad eum diem quo intravit
in archam noe. et non cognoverunt
diluvium donec venit. et tulit
omnes. Ita erit adventus filii
hominis. Tunc duo erunt in
agro. unus assumetur et alter re
linquetur. Duo molentes in
mola. una assumetur et altera re
linquetur. duo in lecto. unus assu
metur et alter relinquetur. Vigi
late ergo quia nescitis qua hora
dominus vester venturus sit. C
Illud autem scitote quoniam si sciret
pater familias qua hora fur ve
nturus esset vigilaret utique et non
sineret perfodi domum suam. Ideo
et vos estote parati. quia nesci
tis qua hora filius hominis ven
turus est. Quis putas est fidelis
servus et prudens. quem constituit
dominus suus super familiam sua
ut det illis cibum in tempore. Be
atus ille servus quem cum venerit
dominus invenerit sic facientem
Amen dico vobis. quoniam super
omnia bona sua constituet eum
Si autem dixerit malus servus ille in
corde suo moram facit dominus
meus venire et cepit percutere
conservos suos. manducat autem
et bibit cum ebriosis. veniet do
minus servi illius. in die qua non
sperat. hora qua ignorat. et dividet
eum. partemque eius ponet cum
ypocritis. illic erit fletus et stride
Tunc simile est regnum
XXV
celorum decem virginibus
que accipientes lampades suas
exierunt obviam sponso et spon
se. Quinque autem ex eis erant fa
tue et quinque prudentes. Sed qui
fatue accepta lampadibus non
sumpserunt oleum in vasis suis
cum lampadibus. Moram autem
faciente sponso. dormitaverunt om
nes et dormierunt. Me
dia autem nocte clamor factus est.
ecce sponsus venit exite obviam
ei. Tunc surrexerunt omnes vir
gines ille et ornaverunt lam
pades suas. Fa
tue autem sapi
entibus dixe
runt. Date nob.